www.e-rara.ch

Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus primus[-nonus]

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-150989

[In Esdram Et Neemiam]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A nãt. Ad extremũ:qđ omis eruditio ſcripturarũ in hoc cõtinet̃:& hiſtoriæ quæ uel prætermiſſæ ſũt in ſuis locis,uel ꝑſtrictæ leuiter,hic ꝑ quædã ꝟborũ cõpẽdia explicẽt̃. Orationũ itaqꝫ ueſtrarũ adiutꝰauxilio:miſi librũ beniuolis placiturũ,tñ iuidis diſpliciturũ eſſe nõ ambigo. Optia em̃ qꝗ(ut ait Piniꝰ) malũt cõtẽnere plæriqꝫ ꝗ diſcere. Si qs in hac iterꝓtatiõe uoluerit aliqd reprehẽdere:iterroget Hebræos:ſuã cõſciẽtiã recolat:uideat ordinẽ textũqꝫ ſermonis:& tũc noſtro labori ſi potuerit detrahat. Vbicũqꝫ ergo aſteriſcos,id ẽ,ſtellas,radiare i hoc uolumie uideritis:ibi ſciatis de Hebræo additum,quod in latinis codicibus nõ habetur. Vbi uero obelus, trãſuerſa ſcilicet uirga præpoſita eſt:illic ſignatur quid Septuaginta interpretes addiderint:uel ob decoris gratiam:uel ob ſpiritusſancti authoritatẽ:licet in Hebræis uoluminibus nõ legatur.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Quõ græcorũ.) Hieronymo nõ ſatis erat noia ſituſqꝫ locorũ ex Geographoꝝ libris habere cognita,niſi luſtratis regionibꝰ ſingula diligẽtiꝰ & oculis luſtraſſet. At hodie multis mei ſimilibꝰ theologis,ſat ẽ ſi tantũ ſciãt nomẽ eſſe loci:quãqꝫ ſunt q ex loco nõnunꝗ pecudẽ reddant,tam ſupinus eſt huiꝰ partis contẽptus.
A troiade ꝑ Leucaten.) Troias eſt ipſa regio in ꝗ erat urbs Troia,eadẽ dicta Iliũ & Teucria & Dardania. Leucate ꝓmontoriũ eſt Epiri,queadmodũ & Acroceraunia,hinc dicta,qđ ob celſitudinẽ crebro fulmine tangant̃. Vel eadẽ uocabula.) Et hinc ingẽtes nõnunꝗ tenebræ,qđ eidẽ loco ſæpenumero quaterna aut ſena ſunt uocabula,ueluti Iebus, Salem,Hieruſalẽ,Hieroſolymæ,Aelia,eiuſdẽ urbis uocabula ſunt
A uertice,ut aiũt,uſqꝫ ad extremũ unguẽ.) Ita totũ hominẽ ꝓuerbiali ſchemate ſignificamꝰ, a ſummo uertice capitis uſqꝫ ad extremos ungues pedũ. Et ſarmatica noia.) Sarmatæ barbariæ ſua nobiles olim erãt ut Thraces & Scythæ. Qui ſpũſctõ pleni.) Hoc Hieronymus Dõnionis ad quẽ ſcribit aio tribuere uidet̃, Nã alias his diuerſa ſcripſit,nec id uno ſane loco. Vbicũqꝫ ergo aſteriſcos.) Quis hæc abſqꝫ dolore legat,intelligẽs & Hieronymi uigilias & noſtrã utilitatẽ in hac ꝑte theologorũ incuria ꝑiſſe? Nã ſi qđ hæc diſtinxit Hieronymus nihil ad rẽ ꝑtinebat:ſtultus fuerat oportet,q in re infrugifera ſudandũ putarit. Sin id ad ſcripturæ diuiæ ſynceritatẽ faciebat,impie fecerũt,q notas huiuſmodi ſuſtulere de uoluminibꝰ.
Vel ob ſpũſancti authoritatẽ.) Et hoc illorũ affectibꝰ ad quos ſcribit dediſſe uidet̃ Hieronymus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Duos Eſdræ & Neemiæ libros ꝓbat, q apud Hebræos unico uolumie cõtinent̃: tertiũ & ꝗrtũ iprobat.

B HIERO. AD DOMNIO. ET ROGA. IN ESDRAM ET NEEMIAM PRAEFATIO.

VTrum difficilius ſit facere qđ poſcitis,an negare,necdũ ſtatui. Nam neqꝫ uobis aliquid imperãtibus abnuere ſentẽtiæ eſt, & magnitudo oneris impoſiti,ita ceruices premit: ut ante ſub faſce ruendũ ſit,ꝗ leuandũ. Accedũt ad hoc inuidorũ ſtudia: qui omne quod ſcribimꝰ,reprehẽdendũ putãt. Et interdũ cõtra ſe cõſciẽtia repugnãte publice lacerãt,quod occulte legũt: intantũ ut clamare cõpellar & dicere: Dñe,libera animã meã a labiꝭ iniqs,& a lingua doloſa. Tertius annus eſt quod ſemper ſcribitis atqꝫ reſcribitis:ut Eſdræ librũ & Heſter uobis de Hebræo trãſferã:quaſi nõ habeatis græca & latina uolumia: aut quicqd illud eſt qđ a nobis uertit̃: nõ ſtatim ab omnibꝰ cõſpuẽdũ ſit. Fruſtra autẽ (ut ait qdã) niti,neqꝫ aliud fatigãdo niſi odiũ quærere,extremæ demẽtiæ eſt. Itaqꝫ obſecro uos mi Dõnion & Rogatiane chariſſimi,ut priuata lectione cõtenti,libros nõ efferatis in publicũ:nec faſtidioſis cibos ingeratis:uitetiſqꝫ eorũ ſupciliũ:q iudicare tantũ de aliꝭ, & ipſi facere nihil nouerũt. Si q aũt fratrũ ſũt qbꝰ noſtra nõ diſplicẽt:his tribuatis exẽplar,admonẽteſ ut Hebræa noia ꝗrũ(grãdis i hoc uolumie copia ẽ)diſtincte & ꝑ iterualla trãſſcribãt. Nihil em̃ ꝓderit emẽdaſſe librũ niſi emẽdatio, librariorũ diligẽtia cõſeruet̃. Nec quẽꝗ moueat,qđ unus a nobis liber æditꝰ eſt:nec apocryphorũ tertiꝭ & ꝗrti libri ſomniꝭ delectet̃:qa & apud Hebræos Eſdræ Neemiæqꝫ ſermones in unũ uolumẽ coartant̃:& quæ nõ habent̃ apud illos:nec de uigitinquatuor ſenibus ſunt procul abiꝭciẽda. Si qs autẽ Septuaginta uobis oppoſuerit interpretes:quorũ exẽplaria uarietas ipſa lacerata & inuerſa demõſtrat:nec põt utiqꝫ uerũ aſſeri quod diuerſum eſt:mittite eũ ad euãgelia,in qbꝰ multa ponunt̃ quaſi de ueteri teſtamẽto, quæ apud Septuaginta interꝑtes nõ habent̃,uelut illud: Qm̃ naçaræus uocabit̃:Et,ex ægypto uocaui filiũ meũ: Et,uidebũt in quẽ cõpũxerũt: multaqꝫ alia,quæ latiori operi reſeruamꝰ:& quærite ab eo ubi ſcripta ſint? Cũqꝫ ꝓferre nõ potuerit:uos legite de his exẽplaribꝰ quæ nuꝑ a nobis ædita,maledicorũ quotidie linguis cõfodiunt̃. Sed ut ad cõpendiũ ueniã:certe quod illaturus ſum,æquiſſimũ eſt, ædidi aliqd quod nõ habet̃ in græco:aut aliter habet̃ ꝗ a me uerſum eſt? Quid iterpretẽ laniãt? Interrogẽt Hebræos:& ipſis authoribus tranſlationi meæ:uel arrogent uel derogent fidẽ. Porro aliud eſt ſi clauſis qđ dicit̃ oculis, mihi uolũt maledicere: & nõ imitant̃ græcorũ ſtudiũ ac beniuolẽtiã: qui poſt Septuaginta trãſlatores iam Chriſti euangelio coruſcãte, Iudæos & Hebionitas legis